



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An oratio esse poßit meritoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ris ab hominibus. Neq; hic, inquit Augustinus, videri ab hominibus nefas est, sed ideo hoc agere, vt videaris ab hominibus.

Nec aliò pertinet Domini præceptum, cum iubeat intrare in cubiculum, *ταμιεῖον*, conclauē; quod non modo cubiculum cordis est, sed etiam locus conclusus, & solus. Non enim omnes orationes extra cubiculum improbat, sed omnes eas quæ sunt ex ambitione, & vana gloria.

S. 2. Erigi templa, domosq; ad orationes publicas Anabaptistæ, & olim Waldenses noluerunt. Imo apud Bellarm. 3. de cultu sanctorum c. 4. alii quoque hæretici, quos inter Marloratus, obiciunt: Templum non vidui ea. In eo pleriq; conueniebant olim, non esse melius vno in loco quam alio orare: imo locum occultum esse præferendum.

Verum multis ibidem probat Bellarminus recte eos facere, qui publice in templo orant, & id usurpant etiam nostras Calvinistae eum alicui praesertim facinoris in Catholicos concepti, rebellionis, aut proditionis a Deo successum postulanti. Quibus ne mea responsione molestus sum, malo eos suum audire Prophetam, tum solum aliquando, tum contra tuos loquitur, veracem. Is est Daniel Tholanius, qui haec verba recte saneque interpretatur. [Quod autem *“Haretici & Calvinistae inquit, reprehendo errore praecipit, ut orantur, ut suis resistunt conclaustra suum, & oculo offio orent, non habet hunc sensum, ac si publicae preces in conueniunt Ecclesiae prohiberentur, quae potius laudantur Matc. 18. & vilitate suae unti in veteri, & N. T. vide 1. Reg. 8. Psal. 26. Actor. 6. & c. 3. Et recte scribit Cyprianus, nos & in abscondito & publico orare, ut sciamus, Deum ubique praesentem esse. Et habent publicae preces triplicem vsum, 1. fouent communionem sanctorum. 2. Accunt nos & seruientes reddunt in orando. 3. Cedunt ad Dei gloriam, cum a multis vno quasi ore inuocatur, & quodammodo magis vrgetur ad nobis benefaciendum. Nec sunt preces alligatae ad cubicula aut certa loca, Ioh. 4. Sed praecipit hic Christus fugam ostentationis, & sinceritatem orationis. Nam is sincerè orat, qui ad Dei gloriam tantum respiciens vbique orat, offitio clauso orat, quod in primis ambitioni & vanitati claudi debet. Interim habent preces privatae & in secessum suum vsum, ut scilicet liberius, & sine auocamento, gemitis nostros, & nostra soliloquia coram Domino effundamus.]*

Hoc ergo sibi responsum habeant à suo, qui omnia orthodoxorum calumniantur, & Sophismatis depurant.

Stantes, an genu flexi orarint in plateis Pharisei, Pharisei
disputant Maldonatus, Vincentius, Franciscus Lucas, stantes ora-
alii. Vtrique probabiles causas habent. Mihi sterisse bant,
videntur.

An oratio esse possit meritoria?

§. 1. **C**alvini est ratiocinatio, qua probare conatur, ubiqueque merces vocatur, accipi improprie pro munere gratuito. Quam dicit Christus mercedem reddi precibus nostris, satis declarat, quicquid mercedis An in meritum mittit passim Scriptura, non tanquam debitum solui, sed deatione sit gratuitum esse. Et Calvini Parafyllogismus vchemerumz ius Pareus asserit in Rom. 2. dubio. 8. ac vt maxime in elemosyna, & ieiunio aliqua esset meriti species: tamen in precatione absq; absurditate fingi nulla ratione potest. Cum enim precamur mendicamus a Deo. Quid vero absurdum, quam in mendicatione meritum? Ex verbo igitur & dicitur, reddet, meritum stabiliri non potest. Eadem alii chorda obe rant, sed plane ad veritatis harmonia aberrant. Hoc enim loco Dominus ait, fore, vt orante m

K 4

in ab-

*Te autem faciente eleemosynam, ne-
sciat sinistra tua quid faciat de-
xtera tua.*

4. *Vt sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.*

Quomodo nesciet sinistra, quid fecerit
dextera?

Dextra et
sinistra
re expo-
nuntur.
Oculis
me habet
faciendum.
§. 1. **V**ariæ expositiones ab interpretibus adferuntur. 1. Dextra est recta ratio; sinistra autem vitiosa affectibus. 2. Dextra est per gratiam agens voluntas; Sinistra inferior appetitus. 3. Dextra, Christianus; Sinistra, Gentilis. 4. Dextra, ipse quic leemosynas largitur; Sinistra, vxor, domestici. Porro hæc exquirere nihil est necesse. Christi sententia ex textu perspicua est: Non modo non esse tuba canendum, vt samam liberalitatis conciliet; sed ita omnia occulte administranda, vt nemo, ne intus quidem, non etiam socia manus norit, quod altera dederit, ita vt non alios modo, sed te ipse quoque celes: Eo modo loqui aliquando homines solent: si chlamidem meam scire mihi constaret; exurerem. Tantum ergo secretum in eleemosynis requirit Dominus, ne villo modo fructum laus humana decerpas; quam contemnere, non est facile. Itaq; Augustinus sinistram putat esse appetitionem laudis, quæ misceri non debet dextera; hoc est recte intentioni. Hyperbole igitur est, & Metaphora, quæ manibus tribuitur intellectus actionum, & studium se mutuo sua facta celandi.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocrite, qui amant in Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis receperunt mercedem suam.

Liceatne orare in publico?

dicitur
 tribuere
 mercedem
 pudentem

 §. 1. Mirum videri posset, quosdam rem ipsam
 tollere, cum ab usum quem hominum vi-
 tia addunt, Christus reprehendat: itaque non est
 vetitum in publico, in Synagoga, in templo, in campo,
 in plateis orare nisi, vt videaris ab hominibus, vt ne
 malum est dare elemosinam publice nisi, vt videas

in abscondito Deus videat, & reddat in propatulo, *ἐν τῷ φανερώ*, & ut est in Syro *ܐܬܪܐ ܕܥܠܐ* Bigelia, hoc est, in totius mundi theatro in iudicio extremo. Qui vero in plateis orant, eos recepisse mercedem orationis, atque ita nihil in propatulo accepturos. Et quamquam illud: *Ἐν φανερώ*, in propatulo tempore Augustini & Hieronymi fuerit in Latinis, non in Græcis, & Hieronymus omiserit in versione Latinâ, nunc tamen est in plerisque Græcis, non Latinis, & Beza quoque fatur in vetustissimo Græco abesse. Testatur Franciscus Lucas vnum Parisiensem codicem habere, in *palam*, sed eum vel seruasse Scripturam veterem quam Hieronymus emendauit, vel Græco textui accommodatum fuisse. Quamquam vero hoc dematur, non tamen vis argumenti perit. Nam ut in elemosyna & ieiunio, ita in oratione est promissio mercedis.

Mendicando mere-
mur.

Deus enim
se debitore
constituit.

Oratio im-
petrat, &
meretur.

Respondendum igitur nos precando, mendicandoque à Domino reuera mereri. Quamuis enim mera & gratuita bonitate pollicitus sit, se exauditurum legitime mendicantes, tamen postquam id est præstitum, quod exegit, debitor est vi promissionis suæ. Oratio est gratiæ testificatio, ut est apud Augustinum Epistol. 105. At postquam oratum est, debitorem Deum constituit. Si enim homo homini gratuito promittat, se mendicanti elemosynam daturum, nemo ambigit eum fidelitate promissionis teneri, si aliter mendicari; neque definit esse gratia, quia gratis promissa est. Deus vero & gratis promisit, & orandi gratiam donauit. Non est sane absurdus Chrysostomus cuius est hæc nostra solutio. *Non ait donabit tibi: sed reddet, inquit. Debitorem tibi se quippe constituit, reque magno pro hoc etiam honore donauit.* Et paulo ante dixerat: *illi vero eam qua ab hominibus est, (mercedem) requireres, nequaquam ab illo merentur accipere, propter quem omnino nihil fecerunt. Tu vero misericordiam Dei cum admiratione considera, qui pro his quoque, qua à Deo rogantur, bonis mercedem se daturum pollicetur.* Oratio igitur meritum habet in gratia & promissione Dei fundatum: nam & impetrat, quod recte petit, & peculiare præmium, tanquam opus sanctum, accipit.

VERSVS 7.

Orantes autem nolite multum loqui,
sicut ethnici, putant enim quod in
multiloquio suo exaudiantur.

QUESTIO I.

Quodnam multiloquium orationis pro-
hibeatur?

Βαττολο-
γῶν.

Battitres.

§. 1. *Q*uod noster vertit, Nolite multum loqui, Græcè est; *μὴ βαττολογήετε*, non battologabitis. Constat autè Christum eo verbo vsum non esse, quid enim illi cum Batto? In Syro est *ܐܬܪܐ ܕܥܠܐ* Mustitantes, *ܐܬܪܐ* est obturare, obmutescere, perforare vilipendere, & in piel *ܐܬܪܐ* batbutire, mustitare, ut qui tremunt, nam & timere significat. Id Græcus expressit verbo *Βαττολογῶν*, vel à Batto poeta, qui in hymnis deorum quos composuit inutili repetitione vltus, deridiculo fuit, vel putat Suidas, vel à Batto Cyrenarum Principe, cuius balbuties in Proverbium abiit. Aut sanè à rustico Nelei filio, equarum custode, quem fabellæ iuue Mercurio promississe silentium turti; deinde eidem alia forma occurrenti, prodidiisse.

At senior postquam est mei cetera geminat, sub illis
Montibus, inquit erant; & erant sub montibus illis:
Risit Atlantiades; & me mihi perfide prodidi:
Me mihi prodidi? ait.

Qua ex te apparet notari proprie eiusdem rei inutili repetitionem: Christus generatim de multiloquio, seu *πολυλογία* loquitur, quæ sine Battica repetitione esse potest. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.

§. 2. Battologiam & polylogiam Ecclesiæ Catholice omnino iniuriose obiciunt seclarii pietatis & devotionis irrisores. Ita Piscator in Obseruat. post Bullingerum, Bezam, Caluinum alios. In precibus, inquit, cauenda est ambitiosa ostentatio, & battologia, seu inanis multorum verborum dilaceratio, aut demurmuratio: ac imprimis opinio meriti, quasi scilicet preces à Deo exaudiantur propter illam verborum multiplicationem. Quæ vitia omnia in papæ ture regnant.

Illyricus etiam fingit, nos fidere orationibus, his quasi ex opere operato aliquid conferant.

§. 3. Nos primo loco statuimus non reprehendi longas orationes, neque eas, quæ eandem rem sæpius repetunt. Christus totas noctes orauit. Luc. 18. vers. 1. orationes. 1. Thessal. 5. vers. 17. Coloss. 4. 2. imperantur orationes perpetuæ; sic Anna prophetissa non recedebat de templo. Luc. 3. Quin in veteri templo, si ordinem sacerdotum & Leuitarum canentium spectemus, longissimas orationes fuisse perspicuum fiet. Quin historia actuum Apostolorum ostendit fideles in oratione fuisse perseverantes. Adeo vero orationi instabant fideles vt inde orati sint Massaliani, siue *μασσαλιται*, qui semper orandum docebant. Epiphani. hæc. 80. Et tales erant de quibus Augustinus de hæresibus videtur meminisse cap. 7. Monachi in Africa. & lib. 2. retract. capit. 1. Improbè quidam illi, & ignauè, sed tamen ex orationis, quæ apud fideles in vfu fuit, assiduitate, prætextum nequitie suæ quærebant.

§. 3. Cum ergo à nobis quærunt, vbi sint rosaria, & breuiaria, & horæ canonice? Respondendum est Beza, similibusque calumniatoribus, in templo olim Salomonio breuiaria inchoata, nunc perfecta; rosariorum quoque angelos esse auctores, in his nos hoc conari, vt semper oremus, & nunquam deficiamus. Noctes & dies, non solidos, sed constituta tempora orationi impendere, vt quantum humana infirmitas patitur, cura quoque corpori necessaria, sumus in oratione perseverantes.

Non enim prolixas orationes culpauit, quin oretes in oratione posuit, sed aliunde vitiatas. Perin-terualla itaque horarum oramus, vt illis ipsis rerum varietatibus signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio profecerimus, nobis ipsis innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acius excitemus. Quæ cum ita sint, inquit Augustinus Ep. 121. cap. 10. etiam cum diu orare vacat, id est, cum alia bonarum & necessariarum actionum non impediuntur officia, quamuis & in eis, vt dixi, desiderio illo semper orandum sit, non est improbum nec inutile. Neque enim vt nonnulli putant hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso Domino scriptum est, quod pernoctauerit inorando, & quod prolixius orauerit: vbi quid aliud quam nobis praebebat exemplum, in tempore precator opportunus, cum Patre exauditor æternus.

§. 4. Quod igitur Christus prohibet? Non longam orationem, non crebram eiusdem rei repetitionem: Verum Ethnicam battologiam & polylogiam; sicut inquit Ethnici faciunt, quos Syrus vocat *ܐܬܪܐ ܕܥܠܐ* Canphæ, profanos. In Gentilium orationibus varii errores erant. Nam primò Diis suis necessitates suas explicandas arbitrabantur, ideo & longas, & elegan-